TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0183**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

Mss. Famiglia Renaldis

183
Γ

183. - *Titoli e documenti nobiliari della Famiglia De Renaldis di Veglia.* — Raccoglie tutto quanto è necessario a provare un'antica e nobile discendenza dal sec. XIV in poi come dimostra l'« Albero genealogico » postillato da Vinc. Joppi. [Cfr. Archiv. Veneto — Tom. I. parte I, Venezia 1871]. I *Renaldis* originari dell'isola di Veglia in Istria, si trapiantarono poscia a Pordenone: un *Don Luca* (n. 1451 † 1513) fu consigliere dell' Imp. Massimiliano I, ed il *Can. Girolamo* (n. 1724 † 1803) tenne cattedra a Padova. Al Diploma di Massimiliano che crea Don Luca e fratelli Conti Palatini, è unito lo Stemma a colori ben disegnato e corretto. Un sigillo pendulo è di M. Ant. Giustinian Doge Veneziano, per la riconferma nobiliare chiesta nel 1736, le Lettere in fine sono del cons. Don Luca all' Imperatore.

Cartaceo in-4.° picc. di carte 33, rileg. in perg.: scritture di varie mani dei sec. XVII e XVIII con le autentiche legali.

~~Adì 13. di luglio~~

Adì 13 luglio 1613. fu messo la parte che alcuni
Conti palatini potesse legitimar bastardi ne far Nodari
nel Dominio Veneto: 1613. il mese Consulto [illegible]
[illegible]

Nell'anno 1362: fu creato Cavalier et Conte Palatino
di Carlo sesto Imperatore Francesco Filippuzzi di Federigo
Occurgnano; e questo si vede nel libro primo delle istorie
[illegible] (di [illegible] delli capi d'Alegio a carte 1356)

Nell'anno 1525: il Cavaliere et Procuratore Francesco Cornaro
Ambasciatore veneto fu fatto Conte Palatino di Ferdinando
Primo imperatore; il privilegio fu dato [in] Alemagna
perche si facessero [illegible] [illegible]; e questo si vede a [illegible] [illegible]
[illegible] Dalgio.

La Maestà di Carlo quinto Imperatore li conferma il titolo
et la dignità di Co: di Palatini perchè che li loro Antenati
per secoli passati havevano posseduto tal titolo che
dopo per le ingiurie del tempo havevano perduto
et gli concede facoltà di crear Nodari Giudici
ordinari et di legitimar bastardi et d'ornarli
del grado di Cavalieri Laureati et altre prerogative
come dalli suo privilegio, dato in Barcellona li 26
di Maggio del 1543: et questo sta Archivio della
pre: che non fu [illegible] di cenere.

Dopo fù da Gregorio Ottavo Sommo Pontefice nell'anno
1572: che lo elesse fece 12 decembre 1563 fu
fatto Cardinale, il suddetto Michelle della Torre
come nel libro suddetto à carte 472

I Sig:ri di Cucagna furono creati Co: Palatini l'anno 1362
da Carlo quarto Imperatore; adì 15 Gennaro dell'anno
1362 si vede nell Capo d'Altzio à C.te 516

Carlo quinto Imperatore decorò del grado e titolo
di Co: Palatino Giacomo Arigoni Figliolo di Bortolomio
e questo si vede nell'Istoria dell Capo d'Altzio a Carte 268

Innocenzo VIII. 1484: che fu Pontefice fu prima
Gio: Battista Cibo Figliolo di Aran fu Cavaliere e
Co: Palatino Vicerè di Napoli due volte e poi senator
di Roma Sisto 4 lo fece Cardinale, dopo Sisto al 29: di
Agosto fu creato Pontefice sotto Federigo III: e questo si
vede nell libro di Dominico Senepolta Romano nell
Pelegrino Referendario à Carte 319: et 320.

Dopo fù da Gregorio Ottavo sommo Pontefice nell'anno
1572: che lo elesse fece 12 decembre 1583 fù
fatto Cardinale il sudetto Michele della Torre;
e nel libro sudetto à carte 472

li figli di Cucagna furono creati Co: Palatini l'anno 1362
da Carlo quarto Imperatore; adì 15 Genaro dell'anno
1362 si vede nelle Capo d'Altzio à C. 516

Carlo quinto Imperatore decorò del grado e titolo
di Co: Palatino Giacomo Arrigoni figliolo di Bartolomeo
e questo si vede nell'Istoria dell Capo d'Altzio a carte 264

Innocenzio VIII. 1484: che fu Pontefice fu primo
Gio: Battista Cibo figliolo di Aran fù Cavaliere e
Co: Palatino Vicerè di Napoli due volte e poi senator
di Roma Sisto 4 lo: fece Cardinale dopo Sisto nel 29: d'
Agosto fù creato Pontefice sotto Federigo III: e questo si
vede nell libro di Dominico Tempesta Romano nell
Pelegrino Referendario à Carte 319: e 320.

Veneto. et ho questa copia ne' nomi tempi et ogni
altra parte ritrovato puntualmente aggiustare con la
med.a autentica che per esser tale la verità in
con in fede di ciò sottoscritto e segnato senza tener:
:ne pieno di mè copia alcuna. -



Ita est Joseph Bellanus Aut.s Vene Not.s In fide
mè subscripsi et signavi

Giobe
dal Consiglio not. di Veglia
nelle giudicature a Capelli
negli anni 1378-1391

Ex.ᵐ

Ex alio consimili authentico Natalis Puller Publicus Veneta authoritate Notarius ac Civis

L.S.N.ⁱⁱ Terre Sancti Viti, requisitus fideliter extraxit prout stat, et iacet, in fidemque se subscripsit, apposito in robur signo sui Tabellionat. de more.

Nos Ioannes Sancte Romane Ecclesie Presbiter Cardinalis Delphinus titulo sancti Salvatoris, ac Patriarcha Aquileie; Universis, ac singulis has nostras inspecturis, fidem facimus indubiam, ac attestamur suprascriptum Spectabilem Dominum

L.S.P. Natalem Pullerum esse qualem se fecit, ac subscripsit, cui merito fides adhiberi potest, Deo &
In quorum &c.
Data in Officio Cancellarie Terre Sancti Viti, die 6. Decembris 1667.

Barthol.ᵘˢ Brunelleschus Canc.

Faccio fede io Alessandro Bronzini Notaro Publico di questa Città qualmente il Sig.ʳ Gio. Alessandro

Paramenti figliuolo del Sig.r Pietro di Bugnins Patria del Friuli, il giorno di hieri, nec non questa mattina l'Ecc.te Sig.r Dottor Andrea Bottari del sig.r Giò Maria Cittadino Veneto; Veduta l'oltrascritta sottoscrittione di fede di Legalità con loro giuramento prestato in mano mia, han detto, attestato, et affirmato essere di mano propria del Sig.r Bortolomeo Brugnoleschi, fù Cancellier Patriarcale della Terra di san Vido; et ciò attestano, et affermano, per la prattica, et cognitione, che tengono del detto Carattere. In quorum fidem &c.

Dati Venetijs hac die sextadecima mensis Decembris 1684.

L.S.N.ij

Idem Alexander Bronzinus Publicus Venetiarum Notarius in fidem subscripsit, et signavit, absque registro.

La presente copia d'Arbore è stata tratta da una simile autenticata, come si vede, esistente in un Processo in mano dell'Ill.e Sig. Co.

Francesco Rinaldis, da me infrascritto Notaro fedelmente incontrata, hauendola ritrouata uniforme, et concordante in omnibus, per autenticatione della quale mi son sottoscritto, et posto il mio solito segno Notariale, senza tenerne alcun registro negl'atti miei. In quorum fidem &c. — — - - - -

Venetia li 16. Decembre 1684. — - -

L.S.N.

Alexander Bronzinus Publicus
Venetiarum Notarius in fidem
subscripsit, et signauit. &c — - -

Die Iouis 8 mensis Februarij 1684
Cancellarie Venetijs

Presentata la presente [illegible] Xaver Zeeling incontrato con presente copia con quanto contiene nella medesima d'altra autentica esistente in un prouenato coperto di carta gialla intitolato laus Deo Albore della Famiglia Rinaldi esistente appresso o nelle mani dell'Illustrissimo Signor Conte Francesco Rinaldis figlio dell'Illustrissimo Signor Conte Gerardino qual autentica è stata reconosciuta et autenticata et incontrato dal Signor Alessandro Bronzini Nodaro

Verte

Alexander PP.ª VI.

CHARISSIME IN Christo Fili Noster salutem, & Apostolicã Benedictionem. Cum dilectus filius Lucas de Renaldis, Tuę Maiestatis Secretarius, et Orator ad Nos destinatus, negotia pro quibus missus fuit prudenter, et fideliter penes Nos tractaret; convenit etiam Nobis Tuam Maiestatem sibi pollicitam fuisse, et ualde contentari, ut si contigeret uacare Ecclesiam Trigestinam, eidem Lucę de ea provideamus: Cum autem interim accidit uacatio ipsius Ecclesię Trigestinę, Nos ipsum Lucam, pro eius sufficientia, et probitate, et precipue Tuę Maiestatis intuitu existimantes, id illi gratum et acceptum fore, quemadmodum Nobis idem Lucas affirmavit, eidem Ecclesię in Episcopum, et Pastorem prefecimus, sperantes Ecclesiam ipsam, ex salubri eiusdem Lucę regimine, non parua in spiritualibus, et temporalibus incrementa suscepturam;

Quod volumus Tuę Maiestatis significare, etiam hortantes, ut huiusmodi Promotionem, quę omni ex parte sibi accepta esse debet, grato animo accipiat, in quo etiam nobis, qui prefatum Lucam, quoniam Tuę Maiestatis Secretarius, et Orator existit, et ob eius virtutes, et merita paternè diligimus rem gratam efficiet. ——

Datum Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die XVII Novembris M° D. I. Pontificatus Nostri Anno X.^mo^

Hadrianus.

T°.

Chariss.^mo^ in Christo Filio Nostro
Maximiliano Romanor. Regi Ill.^ci^

MAXIMILIANVS

Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex; Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotaringię, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgicæ, Lucemburgię, Geldriæ, Lantgrauius Alsatiæ, Princeps Sueuiæ, Palatinus in Habspurg, & Hannonię, Princeps, & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ, Holandiæ, Selandiæ, Ferretis in Kyburg, Namurci, & Zutphaniæ, Marchio Sacri Romani Imperij ad Anas. , & Burgouiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ, Sclarionicæ, Mechliniæ, Portus Naonis, & Salinarum. Honorabili deuoto Nobis dilecto **LVCÆ DE RENALDIS** Consiliario, et Secretario nostro, et fidelib. nostris dilectis **NICOLAO**, et **FRANCISCO DE RENALDIS** fratribus, et **IOANNI DE CRISPINIS** Nepoti ipsorum, sacri Lateranensis Palacij, Auleq; nostrę, ac Imperialis Consistorij Comitibus Palatinis, Gratiam Regiam, et omne bonum; Sceptrigera Regalis dignitatis Sublimitas, sicut inferioribus potestatibus officij, et dignitatis

elatione præficitur, et commissos sibi fideles optatæ consolationis præsidio gubernet. Quod thronus Augustalis tanto solidetur fœlicius, et uberiori prosperitate proficiat: quanto indesinentis suæ uirtutis donaria largiore benignitas munere fuderit in Subiectos, sicut à coruscante splendore Imperialis soli nobilitates aliæ, uelut è Sole radij prodeuntes ita fidelium status, et conditiones illustrant. Quod primæque lucis integritas minorari luminis detrimenta non patitur. Imò amplioris, undiq; rutilantis iubaris expectato decore profunditur, dum in circuitu Sedis Augustalis Illustrium Comitum: Baronum et Procerum numerus ad Imperij Sacri decorem fœliciter adaugetur. **Nos** igitur ad ea quæ familiæ stirpisq; uestræ decorem, et commodum cedere noscuntur fauorabiliter inclinati; præsertim consideratione honorabilis deuoti nobis dilecti **LVCÆ DE RENALDIS** Consiliarij, et Secretarij nostri, cuius fides, constantia, et singularis uirtus multiplicibus exemplis nobis comprobata, cum nos, et Serenissimus quondam Foedericus Romanorum Imperator, Pater noster Charissimus, eius opera in nostris arduis negotijs usi, integritatem eius utilibus, gratisque seruitijs eo usque perspeximus; ut quemadmodum aurum igne probatur, ita eius fides, atq;

constantia

creare Notarios Publicos, seù Tabelliones, et Iudices Ordinarios, ac uniuersis personis, quę idoneę, fideles, et legales reputentur, ac ad huiusmodi Officium exercendum habiles repertę fuerint; Super quibus uestras conscientias oneramus, Notariatus, seu Tabellionatus, ac Iudicatus ordinarij, huiusmodi Officium concedere, et assignare, ac eos, et eorum quemlibet auctoritate Imperiali de prędictis, per pennam, et Calamarium ac annulum, siue biretti traditionem, aliasque, ut moris est, inuestire; dum tamen ab ipsis Notarijs Publicis, seu Tabellionibus, et Iudicibus Ordinarijs, per uos creandis, et eorum quolibet uice, et nomine Sacri Imperij debitum fidelitatis recipiatis corporale, et proprium Iuramentum in hunc modum. Videlicet; Quod erunt Nobis, et Sacro Romano Imperio, et omnibus successoribus nostris Romanis Imperatoribus, et Regibus legitimè intrantibus, fideles, nec unquam erunt in Consilio, ubi nostrum periculum tractetur; sed bonum nostrum, et salutem defendent, et promouebunt, damna nostra, pro sua possibilitate, uitabunt, et auertent. Pręterea, tam Publica, quàm priuata Instrumenta, ultimas uoluntates, Codicillos, Testamenta, quęcunque Iudiciorum acta, atque omnia, et singula, quę illis, et cuilibet ex debito dictorum Officiorum facienda occurrerint, uel scribenda

iustè, piuè, fideliter, omni simulatione, machinatione, falsitate, et dolo remotis, scribent, legent, et facient: non attendendo odium, pecuniam, munera, uel alias passiones, aut fauores, Scripturas uerò, quas debebunt in publicam formam redigere in membranis, et non in cartis abrasis, neque papireis conscribent; causas Hospitalium, et miserabilium personarum; nec non pontes et stratas publicas pro uiribus promouebunt; Sententias autem, et dicta testiū donec publicata fuerint secretè fideliter retinebunt, et omnia, et singula rectè, et iustè facient, quę ad dicta officia quomodolibet pertinebunt consuetudine uel de iure; quodq; huiusmodi Notarij Publici, seu Tabellionis, et Iudices ordinarij, per uos creandi, possint per totum Imperium facere, conscribere, et publicare contractus Instrumenta, Iudicia, Testamenta, et ultimas uoluntates, decreta, et auctoritates interponere, in quibuscumque contractibus requirentibus illas, uel illa ac omnia, et singula alia facere, exercere, et publicare, quę ad officium Notarij Publici, seu Tabellionis, et Iudicis ordinarij spectare, et pertinere noscuntur. Insuper eadem Cęsarea auctoritate prędicta, ex certa scientia motuq; simili, Vobis, et cuilibet uestrum concedimus, et largimur, quod possitis, et ualeatis Naturales,

Bastardos

Bastardos, spurios, manseres notos incestuosos copulatiuè, aut disiunctiuè, et quoscumque alios, et illicito, et damnato coitu procreatos, tam presentes, quàm absentes, uiuentibus etiam, uel mortuis eorum parentibus legitimare; Illustrium tamen Principum Comitum, Baronum, atque Nobilium filijs dumtaxat exceptis, et eos ad omnia iura legitima restituere, et reducere, omnemque geniture maculam penitus abolere, ipsos restituendo, et reducendo, ac rehabilitando ad omnia, et singula iura successionum etiam ab intestato cognatorum, et agnatorum bonorum, honores, dignitates, officia, et ad singulos actus legitimos, ac si essent de legitimo matrimonio procreati; Dummodo legitimationes huiusmodi per nos, ut premittitur, fiende, non preiudicent filijs legitimis, et heredibus; quin ipsi legitimandi, cum legitimis equis portionibus suis succedant Parentibus, et Agnatis. Non obstantibus in predictis aliquibus legibus, quibus cauetur; Quod Naturales, Bastardi, spurij, incestuosi copulatiuè, uel disiunctiuè, uel alij quicumque ex illicito coitu procreati, et procreandi, non possint, uel debeant legitimari sine consensu, et uolun-

tate filiorum naturalium, et heredum legitimorum, ac alijs, quibuscumque legibus, iuribus, constitutionibus, seu consuetudinibus presenti nostro indulto, et concessioni quomodo contrauenientibus, et maxime in-frascriptis, Vid. L. quotiem, et L. rescripta., et L. nec damnosa C. de preci. Impe. offe., et L. ti, et L. si Legibus, et L. et L. non cognitio. C. si con. ius, et utili publi. et quod in illis Legibus solet communiter Notarij, et habetur in L. nam ità diuus ff. de adop. cum similibus, et non obstant. maxime L. sancit... et L. si qua benefitia, et L. sacri., et L. fi. C. de diuerse. rescrip., et auten: Qui mo. natu. effi. legi §. fi col. vj. et quod per totum titulum habetur de ritu nup. ff. et L. ij., et fi. et quod per totum titulum habetur de nata. resti ff. et per totum titulum de natu. libe. C. et C. p. §. naturales col. y. si conten. sit inter domi, et agna. nascl. et alij. similibus, et quod in eis habetur, seu notatur: et non obstantibus statutis, consuetudinibus, tam factis, quam fiendis., et non obstant. L. venditor §. si constat. ff. comu. predi., et L. incestas nuptias. C. de incest. nup, et aut. ex complexu nephario, ubi posita,

et

et per totum titulum, aut de incest., et nepha. nup. et §. si ergo, cum glo. in uer. non permittimus in auten. Quibus . mo. nat. effi. legit. Col vj, et L. ij, et pe; et toto titulo ff. unde cogna; et insti. ad orphi; et L. generaliter C. de insti; et substi. sub condi. facta, et L. ex facto §. si quis rogatus ff. ad trebella, et L. si qua illustris C. ad orphi; et C. tanta, et C. per uenerabilem, qui fi. sint legit, cum similibus, quibus omnibus, ne in futurum fiant, motu proprio ex certa scientia, ac de plenitudine nostre potestatis, derogamus, et derogatum esse uolumus, ac specialiter, et singulariter, et expresse in omnibus eius Capitulis, et partibus, et earum qualibet funditus, et radicitus intendimus, et uolumus derogare, et ex nunc specialiter, singulariter, et expresse derogamus, ac si de illis, et eorum quolibet in hoc indulto facta esset de uerbo ad uerbum mentio specialis. Insuper ne uestri nominibus posteritas, suis premijs, et decore fraudetur, et laudata uirtus uestra solerciores, uos ad maiora peragenda indies exhibeat, et certa scientia motu proprio, et de plenitudine potestatis predictis, Vobis, ac heredibus uestris legitimis, ex uobis descen-

descendentibus, damus, et concedimus Arma, et Insigna infrascripta Videlicet. Scutum secundum eius longitudinem equaliter diuisum; In cuius dextera area Crocei, uel aurei coloris media Aquila Nigra, alam dexteram ad Cornu Scuti Superius extendens Pede protenso, Lingua exerta, et Vngulis rubeis, Caudam media in imo Scuti explicans, Coronam auream in Capite gestat. In Sinistra uero parte Scutum paribus, sex lineis in Superiori parte, crocei uel aurei, inferiori uero celestine coloris equaliter alternatim distinctum est, per cuius Scuti medium, linea tenuis a summo ad infirmum discurrens, equaliter sex partibus diuisa. Superiori scilicet uiridis; Inferiori uerò albi Coloris dexteram à sinistra parte, sicut

dimidit

diuidit Quamquidem lineam relinquimus eorum arbitrio, siue uoluntati ponedi et deferendi, siuè non prout melius uisum fuerit, et placuerit. In Galeę uerò summitate dextera nigris, et croceis, siue aureis, à sinistra uerò celestinis, et aureis, siue croceis tenuis redimitę Aquila Nigra integra super imposita, pedib.s aureis, siuè croceis protensis, lingua exerta, et unguibus rubeis, alas ab utraq; parte explicans, in capite Coronam auream, in collo uerò filo aurato, siue croceo, scutulum suspensum paribus sex partibus superiori, scilicet crocei, siuè aurei, inferiori uerò Celestini coloris ęqualiter alternatim distinctum gestat, quemadmodum hęc omnia melius artificis manu hic in medio elaborata cernuntur. Statuimusq;, et uolumus, quod Vos et prę nominati hęredes, et descendentes uestri, ac ipsorum hęredum et descendentium heredes seriatim in perpetuum predicta Insignia, armaq; habeant, defferant, illisque in omnibus, et singulis honestis, decentibusque actibus, et expeditionibus, tam serio, quam ioco, prelio, duelio, singulari certamine, et quibuscumque pugnis, tornamentis, hastiludijs, cominus, et eminus, Vexillis, tentorijs, signis, sigillis, monumentis, edificijs, suppellectile, et alias in locis omnibus iuxta

uestram

uestram exigentem uoluntatem, et desiderium uti, fruiqꝫ possitis, et debeatis, aptique sitis, et idonei ad ineundas, et recipiendas omnes prerogatiuas, gratias, libertates, iura, et consuetudines, quibus cęteri à Nobis, et Sacro Imperio huiuscemodi ornamentis insigniti gaudent, et potiuntur, absque alicuius impedimento, et contradictione. Mandantes, ac serio precipientes omnibus, et singulis Principibus, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Vicedominis, Aduocatis, Prefectis, Procuratoribus, Officialibus, Questoribus, Ciuium, Magistris, Iudicibus, Consulibus, Regum heraldis, et Caduceatoribus, Ciuibus, ac Communibus, et deniqꝫ omnibus nostris, ac Sacri Imperij subditis, et fidelibus dilectis cuiuscumque status, et conditionis fuerint, quod te, et predictos heredes, ac successores tuos iugiter, et in perpetuum in supradictorum Insignium, et Armorum nostrorum fruitione, nec turbent, nec impediant. Imò illis, ut supra dictum est, uti frui, et in eius permanere quiete, et pacificè sinant, et de uberioris nostrę regalis munificentię dono uobis, ac prefatis uestris Primogenitis, ut supra, concedimus, largimur, et impartimur, ut filios legiptimos, et adoptiuos, ac

etiā

etiam in Infantia constitutos emancipare, et à Patria potestate liberare, absentibus, uel præsentibus eorum Parentibus, itaq. sufficiat eorum Procurator, habens ad id speciale mandatum, tam ex parte Parentum, quam ex parte Liberorum, et emancipationibus quibuscumque omnium, et singulorum, etiam Infantium, uel Adolescentium consentire, et licentiam præbere, etiam absente, et in uita altera parte, et præfatam nostram auctoritatem, et Decretum interponere; nec non etiam ueniam ætatis illius defectus pacientibus concedere possitis, et ualeatis, primogenitique uestri prænominati, ut supra, possint, et ualeant; obseruatis tamen debitis cerimonijs huius. Cæterum Vos præfatos Lucam, Nicolaum, & Franciscum fratres de Renaldis, ac Ioannem Nepotem, ac prænominatos Primogenitos uestros legitimos, et naturales, ut supra, ex nostra scientia, motu proprio, ac regalis potestatis plenitudine, Facimus, et Constituimus Ciues honorabiles quarumcumq. Ciuitatum, et Locorum sacri Imperij nostri, tam in tota Germania, quam in Italia, et alibi ubique per Sacrum Romanum Imperium, et etiam in Terris, et Dominijs nostris hæreditarijs, ita ut omnibus, et singulis honoribus, Priuilegijs, et libertatibus, exemptionibus, im-

munitatibus, commoditatibus, quibus omnes, et singuli Originarij Cives, et honorabiles quarumcumque Civitatum, tam in sacro Romano Imperio, quam in terris nostris hæreditarijs de Iure, et consuetudine, uel alias quomodocumque utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti potiri, et gaudere poterunt in omnibus, et per omnia perinde, ac si Vos, et prædicti Primogeniti uestri, ut supra fuissetis ueri proprij, et Originarij Cives dictarum Civitatum, et Locorum uti, potiri, et gaudere possitis, et ualeatis. Præterea te LVCAM prænominatum, cuius potissimum intuitu, et contemplatione, reliquam familiam tuam honestandam duximus præcipuo aliquo congiario, et speciali prerogatiua decorare uolentes, ut præ cæteris gratiam nostram Cæsaream in te propensam cognoscas, motu, et scientia similibus, tibi concedimus, et elargimur, Quod omnibus, et singulis Iuribus, Priuilegijs, gratijs, dignitatibus, præeminentijs, honoribus, exemptionibus, immunitatibus, et prærogatiuis, quibus utriusque Iuris Doctores à Nobis, aut quolibet Collegio Publico, in quacumque Universitate, aut Gymnasio ad id potestatem habente gaudent, et potiuntur consuetudine, uel de Iure

uti

uti, frui, gaudere, et potiri possis, et valeas absq[ue] alicuius contradictione. Volumus insuper, et auctoritate nostra regali decernimus; Quod possis duodecim Doctores in Iure Civili, nec non Septem Artibus liberalibus adhibitis, tamen in qualibet creatione Doctorum ad minus Doctoribus tribus eiusdem facultatis: qui omnes pariter promouendos huiusmodi per rigorem examini sufficientes, et idoneos iudicent, et si sufficientes, et idonei reperti fuerint, eis licentiam in eandem facultate impendere, ipsosque more, et consuetudine in generalibus studijs desuper obseruari solitis licentiatos facere, creare, et promouere, eisdemque tandem, quos ipse ad id elegeris, consueta ornamenta, et Insignia Doctoralia tradere, et conferre, auctoritate nostra predicta, presentis per tenorem plenam concedimus Licentiam, et facultatem. Et quod illi per te in Doctores promoti, et promouendi in omnibus Ciuitatibus, Locis, et Terris sacri Romani Imperij, et ubique Terrarum libere debeant, et possint omnes actus Doctorales legendi, docendi, interpretandi, et glosandi facere, et exercere, omnibusque, et singuli gaudere, et uti Priuilegijs, prerogatiuis, et exemptionibus, libertatibus,

concessionibus, honoribus, preheminentijs, et fauoribus, ac Indultis, gratijs, et alijs, quibuslibet, quibus Doctores Bononienses, Paduani, Papienses, Perusini, et Parisienses, et in alijs Studijs priuilegiatis, promoti, et insigniti gaudent, et utuntur consuetudine, uel de Iure; non obstantibus quibuscumque legibus, et Constitutionibus, Canonis, aut Statutis, Decretis, reformationibus, rescriptis, Priuilegijs, beneficijs, exemptionibus, gratijs, et prerogatiuis; quocumque nomine censeantur, et cuiuscumque munitionis, et tenoris existant, tam factis, quam fiendis, tam per Nos, quam Predecessores nostros, uel per quoscumque Principes, Duces, Marchiones, Communitates, Vniuersitates, uel alios Dominos, seu Potestates, uel Regentes Ciuitatum, uel Rectores, aut Officiales eiusdem generis, uel conditionis cuiuscumque, uel quorumcumque Locorum, uel Terrarum, sub quibuscumque clausulis, uel expressione uerborum, etiam si essent talia, de quibus de uerbo ad uerbum necesse esset hic fieri mentionem specialem in contrarium facientibus, quibus omnibus, et singulis ex certa nostra scientia prefata animo deliberato, motu proprio, ac de plenitudine potestatis, derogamus, et derogatum esse uolumus per

presentes

ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc, grata, rata, et ualida
firma, et perpetua esse inuiolabiliter, omni, et quacumq;
exceptione remota, tam facti, quam Iuris uolumus, et
censemus, et Cesarei roboris tenere firmitatem.
Hec omnia autem, et singula suprascripta facimus, con-
stituimus, edimus, concedimus, et ordinamus, motu pro-
prio, et ex certa scientia, et ex plenitudine potestatis
nostre ualitura decernimus; In moderatione tamen
cuiuscumque actus fiendi, ratione, et honestate per
uos habenda confisi; † Que etiam omnia, et singula hic
uobis concedimus, damus, et largimur, ut reuocari,
annichilari, et suspendi non debeant, nec possint.
Nolentes insuper hanc gratiam, concessionem, uel In=
dultum, aut priuilegium, nec aliquid in ea, uel in eo
contentum, per aliquam reuocationem, annullationem,
uel suspensionem similium Priuilegiorum generales
uel specialem nostram, uel Successorum nostro=
rum, reuocatam, annullatam, uel suspensam, aut
reuocatum, annullatum, uel suspensum intelligi,
etiam cum clausula derogatoria generali, uel
speciali; Et perinde habeatur istud Priuilegium,
ac si esset in corpore Iuris clausum, et esset etiam

iure, uel consuetudine concessum; Nulli ergo omnino hominum Communitatum, Vniuersitatum, Collegiorum, uel Ciuitatum, aut Locorum liceat sane nostram creationem, largitionem, concessionem, indultum, immunitatem, priuilegium intentionem, pronuntiationem, declarationem, uoluntatis, Decreti, seu mandati, ac gratię paginam infringere, aut quomodolibet uiolare, seu ei quouis ausu temerario contraire in Judicio, uel extra, aut contra prędicta, uel aliquid prędictorum, quouismodo, uel ingenio contrafacere uel uenire, si quis autem contra attemptare pręsumpserit, nostram, et imperij Sacri indignationem grauissimam, et pęnam quinquaginta Marcarum auri purissimi totiens quotiens contrafactum fuerit irremissibiliter se nouerit incursurum; quarum medietatem Regij Fisci nostri, siue ęrarij; reliquam uero partes iniuriās passorum, uel passi usibus decernimus applicandam, et ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc ipso iure, uel facto applicamus, et applicatās esse uolumus totiens quotiens. Harum Testimonio Litterarū sigilli nostri appensione munitarum. ----

Datum In Ciuitate nostra Imperiali Augusta

Die

Die Decima Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Quingentesimo secundo, Regnorum Nostrorum Romani Decimo septimo, Hungariæ uerò Tertiodecimo.

1522 Knari

Ad mandatū dñi Regis proprium

Sernteim

A Tergo

Sta

Jo Collauer Doctor

Actum, et auscultatum fuit ultrascripti Priuilegii Transumptum, siue exemplum per me Petrum Rizium Clericum, et Notarium infrascriptum, unà cum alys Notarijs infrascriptis, cum Originali authentico uero Priuilegio in membranis scripto, et corroborato bulla ceræ Rubeæ, posita in quadam Capsula rotunda lignea, ad cordulam Sericam, Albi Rubei, ac Celestini coloris pendenti, more Imperialis Curiæ, sano quidem, non uitiato, non cancellato, nec

in aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus suspitione carente Coram Rev.do D.ni Bartholomeo de Runchis Iudice ordinario ad hoc assumpto, in presentia Testium infrascriptorum, et huiusmodi transumptum, sive exemplum de verbo ad verbum, dimissis quibusdam paucis litteris grossioribus in fine dicti Privilegij, quę dicunt esse manu propria suprascriptę Regię Maiestatis, et quas nos Latini interpretari nescimus, concordare inventum est; additis, et correctis quibusdam paucis litteris, quę in scribendo fuerant errata. Ideo suprascriptus Rev.dus D.nus Bartholomeus Iudex ordinarius, ad hoc assumptus, sedens in statione mei predicti Notarij posita Venetijs in Rivoalto, quem locum, quantum ad hoc pro idoneo, et honesto sibi elegit et deputavit suam interposuit auctoritatem, et Decretum mandansq. mihi, et Notarijs infrascriptis, quatenus in fidem predicto transumpto subscribere debeamus, cum nostris signis, ac nominibus solitis, et consuetis.

Actum Venetijs in loco predicto, Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo Quingentesimo Tertio, Indictione sexta, Die vero Trigesimo

mensis

mensis Januarij. Presentibus Spectabilibus, et Nobilibus Venetis Dn̄o Daniele Iustiniano filio Mag.ci Dn̄i Francisci, et Aloysio Theupolo filio Mag.ci Domini Marci Testibus ad premissa habitis, uocatis, et rogatis.

Ego Ioannes Franciscus à Puteo fil. q. Victoris Venetus Publicus Imperiali, et Veneta auctoritate Not. Quia ultrascriptum transumptum, siue exemplum
L.S.N.ij cum originali, et autentico suo Priuilegio, unà cum Notarijs infrascriptis, coram prefato Rev.do Dn̄o Bartholomeo Iudice ordinario, ausculTaui, illudque cum eorum autentico concordare inueni; ideò de mandato prefati Domini Iudicis ordinarij in fidem me subscripsi, signo meo apposito consueto. _ _ . .

Ego Priamus Busenellus q.m Dn̄i Bernardi Venetus Publicus Imperialis, et Venetiarum auctorita-
L.S.N.ij tibus Notarius, quia ultrascriptum transumptum cum originali, et autentico suo Priuilegio, unà cum Notarijs supra, et infrascriptis, coram prefato R.do Dn̄o Bartho=

longo Iudice ordinario, ausculaui, illudque cum eorum autentico concordare inueni, Ideò de mandato prefati D.ni Iudicis ordinarij in fidem me subscripsi, signo meo apposito consueto. ——— — — — — — — —

L.S. N.ij Ego Petrus Rizius filius q. Ioannis Clericus Venetiarum Publicus Imperiali auctoritate Notarius, et Iudex ordinarius, quia ultrascriptum transumptum siue exemplum, una cum suprascriptis Notarijs, coram prefato Reu.do D.no Iudice ordinario, cum suo autentico, et originali Priuilegio colationaui, ipsumque diligenter concordare inueni, Ideò de mandato prefati Reu.di D.ni Iudicis me subscripsi, signo meo aposito consueto. — — —

Die . sabbati . [illegible] Februarii [illegible]

Attesto io Nod.o [illegible] hauer incontrato la pred.a copia d'altra autentica [illegible] in mano dell'[illegible] Giacomo [illegible] [illegible] quale autentica è in un libro in 4.o [illegible] di carta [illegible] della med.a [illegible] [illegible] et d'ogni altra sua parte [illegible] conforme [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Ita est [illegible] Bellarus [illegible] Ven.e Nod.o [illegible] fide me subs.i [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]

Leonardus Lauredanus Dei Gra Dux Venetiar &
Universis, et singulis, tam Amicis, quam fidelibus, presentes literas inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum Revdus Prothonotarius Apostolicus Dominus Lucas de Raynaldis Co. serenmi Dni Romanorum Regis Consiliarius, Oratorque designatus ad Catholicam Maiestatem Serenmi Dni Regis Aragonie etc proficitur ad Legationem suam; Unde Amicos affectuosè rogamus subditis, et fidelibus nostris Mandantes, ut eumdem Oratorem Cesareum, cum universa familia sua, Equis, Capsis, Coffanis, Bulgijs, Valisijs, Argenterijs, Libris, et alijs quibuscumque rebus, et bonis suis, per quascumque Civitates, Terras, Castra, Oppida, Pontes, Portus, Passus, Aquas, Flumina, Palatas, et alia Loca Vestra, seu Vobis commissa transitum facientem, euntem, stantem, et redeuntem, Diè, Nocteque, tam per terram, quam per aquam, et tam equestrem, quam pedestrem, tractare, et expedire, tractarique, et expediri placeat, et velitis tutè, securè, favorabiliter, benignè, honorificè, et expeditè, sine solutione alicuius Pedagij, Fundinarijs, Restarię, vel Transitus, omniq; alio impedimento, et molestia penitus cessante, et ammota

sicut de Amicorum beneuolentia, et fidelium, ac subditorum nostrorum obedientia ample confidimus, et speramus — — — — — — —

Dati in Nostro Ducali Palatio, Die ultimo Nouembris Indictione X.ma M. D. VII.mo — — —

Ex alio consimili authentico conscripto in Carta membrana, existente penes Nob. Dnum. Hieronymum de Raynaldis, Natalis Puller Publicus Veneta auctoritate Notarius Terre Sancti Viti, mediante aliena sibi fida manu req.s fideliter extraxit, et facta auscultatione cum originali, quia in omnibus concordare inuenit in fidem se subscrip.t apposito in robur signo sui Tabell.s de more &

L. S. N.

Nos Joannes Sacre Rom. Eccl.e Presbiter Cardinalis Delphinus, tituli Saluat.ris Titulo et Patria Aquileie & Vniuersis et sing.s has nras inspecturis fidem facimus indubiam, et attamur suprascript.m Sp.m Dnus Natales Pulleus esse qualem se facit, et subt. eius meritis ubiq. locor. plena adhiberi potest fides. In quor. &

Dati in Off.o Canc.rie Patalis Terre S. Viti die 6. Dec.bris 1667. —

Barth.s Brunilleria Canc. Pathalis Terre S. Viti de m.to &

L. S. P.

Particola contenuta nell' Historia Venetiana del Cardinal Pietro Bembo stampata l'anno 1552. ———————— c.te 94. A.

Mentre queste cose si trattauano, Messer Luca de Rinaldis uenne Ambasciator di Massimiliano al Senato, richiedendo quello stesso, di che il Rè più uolte trattato hauea, cioè la uia à Roma pe fini della Republica, dicendo perciò uolere il Rè suo andarui armato, che altramente da suoi nimici potere essere sicuro non si credea. Volere nondimeno assicurar la Republica per ogni uia, che danno alcuno da suoi non le sarà fatto; ouero ella desse à lui ostaggi, che nessuno nuocere gli potesse: ciò facendo, et egli disarmato passarebbe. A che il Prencipe Loredano rispose, che Massimiliano sapea troppo bene quanto la Republica fosse sempre stata amica all' Imperator Federigo suo Padre, et parimente allui medesimo. Il che più indegna cosa essere farsi ogni dì guerra dallui à diuersi luoghi della Republica, prede asportarsene, e castella espugnarsi. Di ciò dolersi egli grandemente, et chiamar nostro sig.r Dio in testimonianza; non hauere così di lui meritato la Republica. Tuttauia, che egli

proporrebbe la bisogna al Senato, et con la sua delibera-
tione gli risponderebbe. Che perciò, che dal Cornaro
eran uenuti lettere, che l'Aluiano si confidaua, et quasi
s'ubligaua, che i nemici tosto darebbono le pene de' mis-
fatti loro: i Padri uoleuano tempo intraporre di far
la risposta all' Ambasciator di Massimiliano, infino
che dal Friuli alcuna risolutione s'intendesse, et al-
lui furono dati compagni, et poste guardie, accioche
nessuno senza licenza de' Padri parlar li potesse. &c.

Particola simile — c.te 96. B.

Nel medesimo tempo Messer Luca de Rinaldi rimandato da
Massimiliano a Vinegia con lettere sottoscritte di mano del Re, andò
a' Padri; nelle quai lettere egli alcune conditioni di triegua proponeua
al Senato, delle quali, questa era una, che il Senato per uno anno fa-
cesse triegua seco: nel qual tempo delle controuersie, che egli col Re di
Francia hauea, si potesse in consiglio commune della Germania dispu-
tare, et conoscere. I Padri risposero all' Ambasciatore, che essi erano pronti
a far quella triegua, pur che in quella medesima conditione si com-
prendessero ancora i Collegati della Republica, percioche senza loro,
non poteua il Senato alcuna cosa fare, o adoperare. Apena s'
era Messer Luca con quella risposta partito. &c. ----

In Nomine Sanctę, et Indiuiduæ Trinitatis. Amē.
Cum Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Maximilianus Semper Augustus Nobilibus Viris D̄nis Lucæ de Rinaldis, Nicolao, & Francisco fratribus, ac Ioanni Nepoti ipsorum, et Primis Genitis filijs legitimis, et naturalibus eorundem familię in perpetuum Comitibus Palatinis, ex plenitudine Imperialis culminis concesserit authoritatem, et potestatem inter cętera creandi Notarios Publicos, seu Tabelliones, et Iudices Ordinarios ubique Locorum per totum Sacrum Romanum Imperium. Idcircò ex indulto eidem Familię de Rinaldis, et super hoc emanato ab Imperiali celsitudine, Priuilegio, ut in eodem latius legi potest; Viso per me subnotatum Notarium, ac lecto, Dato in Ciuitate Imperiali Auguste die 10. Mensis Augusti, Anno Domini millesimo Quingentesimo secundo, Regnorum suorũ Romani Decimoseptimo, Hungarię uero Tertiodecimo.

Nobilis Vir D̄nus Franciscus de' Rinaldis Ciuis Portusnaonis Primus Genitus q.ᵐ Domini Ioannis, superius nominati, Comes Palatinus,

